Cũqꝫ duceref ad mortẽ: ſuſci
tauit dñs ſpiritũ pueri iunio/
ris: cui nomen daniel. Et ex/
clamauit voce magna: ⁊ dixit
Mũdus ego ſum a ſanguine
huius. Et ꝯuerſus eſt oĩs po/
pulus ad eũ: ⁊ dixit. Quis eſt
iſte ſermo quẽ locutꝰ es? Qui
cum ſtaret in medio eorũ ait.
Sic fatui filij iſrl' nõ iudicãtes
neqꝫ qđ verũ eſt cognoſcẽtes
ꝯdẽnaſtis filiã iſrl'. Reuerti/
mini ad iudiciũ: qꝛ falſũ teſti
moniũ locuti ſũt aduerſus eã
Reuerſus eſt ergo ppl's cũ fe
ſtinatione. Et dixit ad eos da
niel. Separate eos ab inuicẽ
procul: ⁊ diiudicabo eos. Cũ
ergo diuiſi eſſent alter ab alte
ro: vocauit vnũ de eis: ⁊ dixit
ad eum: Inueterate dieꝝ ma/
loꝝ: nũc venerũt pctã tua que
opabaris prius iudicãs iudi
cia iniuſta inocẽtes opprimẽs
⁊ dimittẽs noxios: dicẽte dño
Innocẽtẽ ⁊ iuſtũ non interfi/
cies. Nunc ergo ſi vidiſti eaꝫ
dic ſub q̃ arbore videris eos
colloq̃ntes ſibi. Qui ait: Sub
cino. Dixit auteꝫ daniel. Re/
cte mentitus es in caput tuũ.
Ecce enim angelus domini:
accepta ſentẽtia ab eo ſcindet
te mediuꝫ. Et amoto eo iuſſit
venire alium: ⁊ dixit ei. Se/
men chanaan: ⁊ nõ iuda: ſpe/
cies decepit te: ⁊ cõcupiſcẽtia
ſubuertit cor tuuꝫ. Sic facie/
batis filiabus iſrael: et ille ti/
mentes loquebantur vobis.
Sed non filia iuda ſuſtinuit
iniquitatẽ veſtraꝫ. Nũc ergo
ſi vidiſti eã: dic mihi ſub qua
arbore cõprehenderis eos lo
quẽtes ſibi. Qui ait: Sub pi/
no. Dixit aũt ei daniel Recte
mẽtitus es: ⁊ tu in caput tuuꝫ
Manet eniꝫ angelus dñi: gla
dium habens: vt ſecet te me/
dium: ⁊ interficiat vos. Excla
mauit itaqꝫ omnis cetus vo/
ce magna: ⁊ benedixerũt deũ
qui ſaluat ſperantes in ſe. Et
ꝯſurrexerunt aduerſus duos
preſbyteros: conuicerat eniꝫ
eos daniel ex ore ſuo falſum
dixiſſe teſtimoniũ. Fecerũtqꝫ
eis ſicuti male egerant aduer
ſus proximũ: ⁊ interfecerunt
eos. Et ſaluatus eſt ſanguis
inoxius in die illa. Grad. Si
ambuleꝫ in medio vmbre mor/
tis non timebo mala: quoniam
tu mecuꝫ es domine. ℣. Uirga
tua ⁊ baculus tuus ipſa me con
ſolata ſunt. Scđm ioãnẽ. viij.
In illo tẽpore: Per/ cap.
rexit ieſus in montẽ oli/
ueti: ⁊ diluculo iterum venit
in tẽplũ. Et omnis ppl's venit
ad eum: ⁊ ſedẽs docebat eos.
Adducũt autẽ ſcribe ⁊ phari/